

functione aliqua tantum remaneat in dispositione divina: non tamen est verisimile, vel credendum, sicut est credibile, & presumendum, quod bonum principium bonus finis subsequatur. Quid enim, si bene floruerint segetes? Quid, si bene floruerit vinea? Quid, si bene floruerint oleæ? certè presumi debet, quod abundantia fructuum florum multitudinem precedentium subsequatur, sicut scriptum est per Ovidium *(scilicet. b.)*

Si bene floruerint segetes, erit area dives:

Si bene floruerit vinea, Bacchus erit:

*Si bene floruerint oleæ, nitidissimus annus,
Pomaque, & eventum temporis hujus habent.*

Flore semel læso, pereunt vitæque fabrique,
Et cum summa

Et pereunt lentes, advena Nile, stude.

Itaque Dei Omnipotentis gratiam in nostro principio sic duximus invocandam,

Qui gradiens pelagi fluctus compescit amarus.

Vivere qui præstat morientia semina terræ,

Solvere qui potuit letalia vincula mortis,
Principium est ad gloriam.

Principium præstet, medium, finemque gubernet.

~~De Majoribus Dominorum Eccelini III.~~

~~Alberici Fratrum de Romano.~~

E St igitur sciendum, quod quidam Domi-
nus Eccelinus fuit pater cujusdam Do-
mini Alberici, qui Albericus fuit pater Do-
mini Eccelini. Et hic Eccelinus pater fuit
alterius Domini Eccelini; patris presentium
Dominorum Eccelini, & Alberici Fratrum de
Romano. Pater ergo istorum fuit Dominus
Eccelinus. Item Avus eorum fuit Dominus
Eccelinus, eorum Proavus fuit Dominus Al-
bericus; Abavus autem eorum fuit Eccelinus
nuncupatus. Avorum autem, scilicet Abavi
& Proavi, tanta fuit commendatio, & bona
fama, quod ipsius commendationis prolixitas,
& omnium predecessorum nostrorum plena
nequitia, si lingua nostra de istorum com-
mendatione conquiescat, nec in illorum lau-
dibus, & relatione suas undas intorqueat, sa-
tis nos rationabiliter protegent, & exculant.

~~De Eccelino Primo~~

Ipsis igitur duobus omissis, de primo. Ecce-
lino hoc est primum notandum, quod fuit
Vir ille diuissimus, sapiens & discretus; lar-
gus, modestus, pacificus, & bellificus; trux
& placidus, & moderatus: & quæ duo, quan-
vis contraria videantur, tamen esse possunt, &
debent in quolibet manere potenti, scilicet
ut supplicibus sit facilis, placidus, & beni-
gnus: fontibus, & iniquis trux & horridus
moderate, sicut scriptum est:

*Scilicet ejusdem est, quamvis pugnare videntur,
Supplicibus faciles, fontibus esse truces. &c.)*
Hic autem quatuor...

Hic autem, quamvis talis fuisset & tantus; sic fuerat tamen lingua balbuciens, quod sine fastidio & labore, vix poterat meditata proferre. Interim tamen ita moribus, & scientia ceteros præcellebat in omnibus, quod, cum tempore quodam ivisset ultra mare, ibi Dominus exercitus Christianorum, & Dux belli, atque Vexillifer electus fuit, & constitutus. Cum autem inter Paganos quidam tam fortissimus, & stature ingentissimus cunctos Christianos sic bellando superaret, quod nullus ei bellando resistere poterat, nec audebat, hic tante fuit audacie, quod solitarie pugnavit

(3) Legendum fuisset.

A cum eodem, ipsumque videntibus Christianis interfecit: quod profecto mirabile, & quasi monstruosum omnibus visum fuit. Unde super omnes Christianos ibi tunc gloriam habuit, & honorem, & cum laudibus & triumpho magnifice repatriavit.

Hic etiam fuit Potestas Vicenſis, & ipſam cum magno vigore, ac pacifice rexit, excepto quòd tempore ſue Potestatis filii Gaſtelmi interfecerunt gladio Gaſtonem Taliſ, qui per ipſum expulſi fuerunt de Civitate ſine ſpe redeundi; & cùm ipſorum copiam habere non potuiſſet, proſcribiſecit ipſorum bona, domos & turres ipſorum radicitus deſtruendo, & poſtea hereditas mortui conceſſit univerſa, quaſque in hodiernum diem adhuc ab illis pacifice poſſidentur.

Hic etiam in diebus illis, cum tota Lombardia, & Marchia cum Societate sua (3) confisset in Campo cum bonæ memoriæ quondam Domino Federico Invictissimo Imperatore, & Avo hujus nostri Invictissimi Imperatoris, & semper Augusti, pro discordia, quæ inter ipsum, & Lombardos diu fuerat excitata, inspectis omnium hominum prudentiâ, moribus, & scientiâ, pro majori, & meliori factus est Dux, & Dominus exercitus Lombardorum, atque Vexillifer. Cujus tanta fuit discretio, & scientiâ, quod quamvis gravissimè Lombardi Imperatoriam Majestatem læsissent, & non modicè contra illos fuisset Dominus Imperator indignatione commotus: tamen sic humiliter verbis, & factis supplicavit eidem, quod tam sibi, quàm dictis Lombardis, & Obis, & Marchioni, & ceteris suam indignationem dimisit, & gratiam & bonam voluntatem recepit. Multa quoque privilegia ex Imperiali largitate, & voluntate benigna Dominus Imperator misericorditer Lombardis indulgit, sicut in pace facta, & firmata apud Constantiniam scriptum reperitur, atque notatum. Hoc fuit sub MCLXXXIII. Indictione prima de mense Augusti.

Hic postmodum Domino Imperatori toto tempore vite sue existit fidelissimus, devotus, & graciosus, eidem reverentiam debitam, & obsequium magnifice ac mirabiliter impendendo. Lombardos etiam, secundum suum gradum plurimum diligebat, ita tamen, quod propter hoc Imperialis Majestas nullo modo gravabatur; sed potius præ ceteris ipsius Domini Imperatoris gratiam, conservavit illam.

Hic tranquillam duxit vitam, & lætos dies stabili fine clausit, unde verè felix dici potuit, sicut, dicitur,

Hic tranquillam duxit vitam, & letos dies
 stabili fine clausit, unde verè felix dici potuit,
 sicut dicitur,

*Felix, tranquillam meruit qui ducere vitam,
Et læto stabili claudere fine dies. 21)*

De Eccelino Secundo.

Successit huic alter Eccelinus, pater præfati
senſum Dominorum Eccelini, & Alberici
Dominorum de Romano. Hic in opere, &
ſermone, vel facundia, & prudentia (4) mi-
rabiliſſe extitit, & permanſit: in moribus, &
ſciencia, ſic patri ſuo æquipollens, quòd ab
omnibus meritò commendabatur. Et quia fa-
cundus in ſermone ceteros præcellerat, pater-
nam gloriam minoravit in hoc. *18* & etiam in
divitiis, quibus dicitur abundaſſe.

Postea sub Millesimo CLXXXIV. fuerunt
duo viri Electores Potestatis constituti, scilicet

(4) *Melios mirabilis*